



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

26. Feria 6. Domin. 2. Epiph. Ordinatur potentia rationalis intellectûs circa
juramenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

3. si de deo vitio, cum male fecerint. 4. si res non refertur ad Deum, ut datorem. 5. si non refertur ad bonum proximi, propter quod donum illud datum est. *Respondeam me ad intentiones meas, & propter illum solum omnia faciam, de quo ait D. Chrysostr. in Matth. hom. 19. Ipse te predicabit Deus tuus orbe preterito: ille nimirum, qui dixit Ioan. 8. Si ego quero gloriam meam, gloria mea nihil est.*

MEDITATIO XXVI.

Feria 6. Dom. 2. Epiph.

Ordinatur potentia rationalis intellectus circa iuramenta.

Avdiam D. Iesum prohibentem jurare temere. Petam ejus prohibitionem assequi.

Cons. 1. Iuramentum non esse intrinsece malum, cum ipse Deus juraverit, Gen. 22. Luc. 1. Apoc. 10. nec per se esse bonum semper, alias nunquam veraretur.

Cons. 2. Duplicem esse veritatem, increatam, & creatam, & hanc voluisse Deum ordinari ad illam, ideoque veruisse iuramentum propter reverentiam veritatis æternæ: sed neque velle nos jurare per creatam, ut in ea increata semper resplendeat. Itaque prohibetur iuramentum per omnem creaturam, & nominatim cælum, terram, Hierosolymam, caput, quibus iuramentis obnoxij erant Hebræi:

brai: quia nemo potest exponere in poenam, quod non est suum: & quia actus juramenti est actus Religionis, & quidem patriæ, sollicitur Deo debetur. Quod autem his abundantius est, à malo est, id est, à dæmone mendacij Patre, ut explicat D. Chrysoft. hominesque proni ad mendacium facile perjuriū committerent, cujus fiebant rei etiam idololatræ, Sap. 14. licet erroneâ conscientiâ.

Conf. 3. Cùm juramentum sit velut medicina, quæ tantū ex necessitate est bona, aliàs noxia, ut bonum sit juramentum debet fieri cum justitia, quia in malo non obligat juramentum: debet fieri cum veritate, quia falsum sit perjuriū: debet fieri cum judicio, nec temerè, nec sine urgenti necessitate. Reflectam me, an verè audeam dicere: *Juravi, & statui custodire judicia justitiæ tuæ: Psalm. 118.* & quomodo, si quæ vovi Deo, expleam,

MEDITATIO XXVII.

Sabbato Dom. 2. Epiph.

Premia observantibus, pœna negligentibus præcepta Domini.

Aspiciam D. Iesum manu dextrâ observantibus legem suam præmia porrigentem, manu sinistrâ pœnas negligentibus minitantē. Petâ esse ex observantibus legē Dei.

Conf. 1. Divini Legislatoris potestatem: cum